mors apellatur qui minister ius que mortis auctor est et mortis animę
uidelicet et cuius quando anima separatur a corpore; et dominabuntur eorum
iusti in matutino; In presenti quidem extolluntur reprobi et affligunt
pauperes ac humiles iustos et dominantur eis ac affligunt poten
tia sua; Sed in matutino .i. in die iudicii quando finitis tenebris huius uitę
uerus sol effulgescet damnatis et humiliatis [illegible] iusti exaltabuntur
et dominabuntur eorum .i. reproborum. Et auxilium eorum ueterescet.
Auxilium reproborum sunt propinqui et amici eorum in quibus confidunt siue et ia
thesauri et diuicie eorum; que ueterescent .i. adnullabuntur ad nihilum
redigentur post mortem eorum. Uerumtamen deus redimet animam meam;
Vox Christi est ex persona membrorum. Confidens enim Christus in passione
sua de resurrectione sua dicebat securus; Deus pater inquit redimet
animam meam .i. faciet me tercia die resurgere; Sed et nos ueraciter
credere debemus quia cum per carnem morimur animae tamen sal
uamur; Ne timueris cum diues factus fuerit homo; Unumquemque
fidelem alloquitur propheta. Cum inquit uideris malos [illegible] et
bonis presentibus extollentes noli timere quasi ea semper retinere
possint. Et cum multiplicata fuerit .i. aucta [illegible]
et diuicie. Gloria domus eius .i. pompa; Quoniam cum interierit non sumet
omnia .i. nihil de bonis que hic possedit secum [illegible] Neque
descendet cum eo gloria eius. Quia anima eius [illegible]
dicetur .i. laudabitur ab adulatoribus suis et [illegible]
[illegible] .i. laudabitur ex diuiciis [illegible]; C[illegible]
[illegible] glorificem dum quieti in presenti tanta bona concedis; ac si um[illegible]
uersitas ulla conturbauerit statim blasfemat; Nec dei flagellum
pacienter tolerabat in quo apparet quia non propter se sed propter diuicias
colebat quasi et de deo; Sicut de uxore iob legimus qui uirum ad

VILLE DE LYON
Grande [illegible]
BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE DE LYON

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_075_41R – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4927)